


*del Vir° Com*

# D. TILMANNI

SEGE BERGEN. DE SE-  
ptem Sacramentis Liber unus, qui in  
totidem capita iuxta Sacramen-  
torum numerum digestus, ad-  
fertionem eorum defensio-  
nemque aduersus hære-  
ticos continet.

Nunc recens ab ipso autore diligenter  
recognitus & passim locupletatus.



PARISIIS,

Num. 6. cap. 6. num.

Veneunt Apud Viniuantum Caultherot, sub in-  
tersignio Sancti Martini in Via Iacobæ.

1550.

*Ydela Comp. de Segus de Sal.*

# Reuerēdo in Chri-

STO PATRI AC DOMINO IO-

anni à Forstenberch, Abbatij monasterij Sege-  
bergensis, quod vulgo dicitur Mons sancti

Michaelis, Tilmannus Smelingus Se-  
gebergensis, Theologus ordi-  
nis Prædicatorum,

S. P. D.



I H I L prorsus errauerit, qui Lutherum tyranno cuiquam, aut urbium e-  
uersori similem dixerit: Nam qui ci-  
uitatem aliquam expugnare nititur,  
primum ad hoc inuigilat, ut arcem, si  
quam fortè habet valido munitā præ-  
tido, omnibus copiis ac machinis bel-  
licis aggrediatur: non ignarus oppu-  
gnationē vrbis, capta arce, fore vel minus operosam, vel  
certè minus diuturnam. Haud secus sese haber, pater in-  
tegerime, nō impiger hæretici belli signifer Lutherus in  
oppugnanda ciuitate Dei, quæ est ecclesia super firmam  
petram fundata. Quam quum suscepto semel impietatis  
cum orthodoxis certamine, hostili animo decreuisset ex-  
pugnare, & arma parcidialia aduersus eam sumpfisset,  
summa vi arcem eius demoliri, columnasque eius, quibus  
subsistit, diruere atque deinceps conatus est: vt iis subuer-  
sis, cœculare atque pessundare totam possit ecclesiam, &  
in populum Christianum omnibus modis debacchari. An  
non hoc animo ecclesiæ bellum indixit Lutherus, qui sa-  
cramenta ceu arcem fortissimam, aut potius 7. eius colu-  
nas, ingenio truci, lingua virolenta, ore scetido ausus est  
ad eo in dignis modis tractare, lacerare, dñanare? Nec pro-  
rsus frustratus est spe sua. Videt enim viam sese aperte-  
se ad totius fidei expugnationem, quod iā diu animo de-  
stinauit, quem fructum veluti unicum scopum hæreseon  
suarū omnibus libris suis querit. Quod cùm saluis sacra-

**D. TILMAN-**  
**N I S E G E B E R G E N S I S**  
*de Sacramentis Liber vnus, in septem  
capita iuxta numerum sacra-  
mentorum digestus.*

*De Sacramento Baptismi.*

C A P V T   I.



E sacramentis traditaturus operæ pre-  
cium duxi paucis ante ostendere, quid  
ipsum nomen sacramenti significet,  
& in qua significatione septem dicā-  
tur esse ecclesiæ sacramenta. Nam va-  
ria ac prorsus diuersa, tam in sacris li-  
teris quam doctoribus ecclesiasticis,  
eiūs nominis reperitur significatio.

Angelus Raphael Tobiae dixit: Sacramentum regis abs-  
condere bonum est. Vbi sacramētum significat rem se- Tob. 12.  
cretam seu occultam, siue sacra sit, siue non. Daniel quo-  
que hortatus est socios suos, ut peterent misericordiam Danie. 1.  
Dei cœli super sacramento isto, ne perirent. Vbi sacramē-  
tum accipitur pro somnio, quod Nabuchodonosor vide-  
rat de statua, quo occulta Dei ordinatio de progres-  
su quatuor regnum occulte demonstrabatur, & ipso-  
rum destructione, quæ per Christi regnum futura erat.  
Paulus apostolus sacramentum incarnationis Christi ac huma-  
næ redemptionis mysterium sacramentum appellat, di- Ephes. 5.  
cens: Secundum reuelationem notum mihi factum est  
sacramentum, prout potestis intelligere prudentiam  
meam in ministerio Christi. Et paucis interpositis addit:  
Mihi sanctorum minimo data est gratia hæc, in genti-  
bus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illu-

A